euenit mediate et alter ius ministerio et nō potest cōmode ꝑ alios probari tūc indistincte admittūtur. in scđo vero casu. s. qñ euenit imediate ⁊ sine alteri⁹ ministerrio vt in iure de pascendi legitimādi et similib⁹ et pōt per alios probari ⁊ nō admittuntur. hec ē resolutio doctoꝝ in dictis iurib⁹ que videtur satis veritati ⁊ equitati amica. Quero testes sunt ꝓducti in aliquo processu et examinati. ſ3 nūdū publicati et ca sic relinquitur iperfecta deinde suscitat̄ alia qo seu aliud nouum idiciū inter easdem partes vel alias an ꝓbationes predicte nōdum publicate faciāt fidē. dic ꝙ non per glo. in. l. gesta. ff. de re iudi. et no. ꝑ doc. in dicta. l. solā. C. d̄. testib⁹ Nūc de probationibus criminalium causarum videam⁹ hoc ē quib⁹ aut qualib⁹ modis probētur crimina et dic ꝙ crimina pñt probari ꝑ instrumēta. ꝑ testes. ꝑ idicia seu argumēta. ꝑ famā ⁊ confessionē que mēbra sūmatim prosequoꝛ. Primo quero an crimina valeāt seu possint probari ꝑ instrumēta ⁊ videt̄ ꝙ non ꝑ lec. et no. in. c. cū in ecclesijs de meio. et hec. et in. c. epiphanum. v. q. vi. Econtra videtur ꝙ ymo qꝛ iudex d3 informare animū suum ꝑ omnē spē3 ꝓbationis. ff. de testi. l. iij. . eiusdē Itē qꝛ cōiuratio vel cōspiratio aliquoꝝ cōspirātium vel cōiurantium in malū publicū vel priuatum vt plurimū fit per istrumēta vel ꝑ scripturas. ergo ꝑ talē scripturā ꝓbatur ar. lec. et no. in. l. i. ad. l. iuli. ma. de hoc tñ latius ĩfra in alijs mēbris dic. t. Quero qualiter ꝓbētur crimina ꝑ testes. et dic ꝙ ꝑ testes omni exceptione maiores ⁊ clare deponētes vt in. l. sciāt cūcti cū sua materia. C. de ꝓba. S3 insurgit dubiū an ex dicto vni⁹ testis possīt q̇s torqueri et ad confitendū crimē cogi causa plene ꝓbationis habēde et videt̄ ꝙ non. qꝛ ad hoc ꝙ quis torqueatur reqrūtur plura indicia ꝑ lec. ⁊ no. per doc. i. l. fi. C. de ꝓba. ⁊ in. l. i. ⁊. l. maritus. ff. de questio. ſ3 vni⁹ testis vnicū facit indicium. l. theopōp⁹. ff. de dote ple. ⁊ ꝑ vnicū inditiū vt ꝓ dictū ē vn⁹ testis ⁊ hoc videtur quasi expressū in. l. mariti⁹. ff. de questio. et in. l. i. ⁊. l. milites. C. e. inditia eñi in plurari ⁊ ñ in singulari ꝓcedere dñt vt in dictis iurib⁹. ⁊ ibi pluralitas requiritur nō sufficit vnitas. ff. de iti. actuq3 pri. l. i. hoc interdictū et. l. vbi numerus ff. de testi. ꝓterea in criminalibus vbi tormēta exigūtur. l. diuus. ff. de qōnib⁹ dictū vnius testis nō

facit semiplenam pbationē.ff.de re iudi.l.iij.et.c.venies ꝺ te
sti.ergo per dictū vnius testis nō ꝺȝ torqueri. Ecōtra vide
tur ꝙ tā per dictū vni⁹ testis ꝙ̄ per plura indicia nō fieret ple-
na pbatio nec sufficiūt ad condēnatōeȝ qꝛ nemo ex p̄sumpti
onibus cōdēnatur.ff.de penis.l.absētē tn̄ ex plurib⁹ testibus
pōt qs condēnari per iura vulgata. Pro quorum concordia
distiguēdū ē ꝙ indicia sūt in duplici dr̄ia. Nā quedaȝ sunt in
dicia īdubitata et q̄daȝ dubitata. Et iteȝ q̄ro an per indubita
ta procedatur ad condemnationeȝ et videt̄ ꝙ non. C. de que
stio.l.militi. Nā in probatōib⁹ dn̄t eē probatoes luce clariores
l.fi.C.de proba.qꝛ nemo vt supra dixi dȝ ex presumptionibus
condēnari vt dicta.l.absentem.ff.de penis ⁊.ij.q.i.in prin.im
mo sanctius ē absoluere vt ibi Contrarium colligitur ex dic-
ta.l.fi.in tex.et glo. Nā vbi sūt indicia indubitata que etiam
adiuuantur ab aliȷ̄s aduīculis circa factū de quo querit̄ cō-
tingentibus videtur tūc ad condemnationem posse procedi
p dictā.l.sciant qꝛ et que nō p̄sūt singula multa iuuāt vt no.
ff.de testi.l.iij.extra ꝺ succes.ab intes.c.vl.verbigr̄a occisus est
petrus ⁊ nō probat̄ de occisione qꝛ nemo eū vidit occidi. sed
probat̄ qꝛ ticius visus ē solus cū dicto petro et ē̄ fuit vis⁹ cuȝ
gladio sanguinolēto fugere ꝺ loco et probat̄ ꝙ ticius erat in
imicus dicti petri occisi. Jteȝ probat̄ contra ticiuȝ de publica
fama certe p̄dictā viderent̄ idubitata indicia coadiuuantib⁹
p̄dictis adminiculis.s.inimicicia et fama publica ꝙ videt̄ suf
ficere ad condemnationem. Nā ex p̄dictis possȝ dici ꝙ vix re-
us posset negare.vt.C.de penis.l.qui sententiam nam p̄ntia
in loco malificiȷ̄ facit cōtra p̄ntem.ff.de his qui deie.vel effu
de.l.i. Jtē gladi⁹ sāguinolent⁹ q̇ nō est sine sanguinis effusio
ne cruētat⁹ vt ex euidētia facti ondītur. Jtē fuga qꝛ fuga accu
sat fugiētē in aucten.ꝺ testi.§.si vero noluerit et habet̄ pro cō
fesso.C.de assesso.l.iij.vnde sua scia ⁊ fuga eū cōdenāt.ff.de
suspec.tu.l.i puberib⁹ i fi.⁊.ff.ꝺ tes.l.iij.vn̄ ex p̄dictis tā idubi
tatis ⁊ pbabilib⁹ īdiciȷ̄s ⁊ euidētib⁹ admicul' possȝ h° casu cō-
dēnatio fieri vt dicta.l.iij. Sūt ei p̄dicte p̄sūptōes q̇b⁹ stādū
videt̄ donec cōtrariū pbet̄.ff.ꝙ met⁹ cā.l.vl. Nā ex articul' cā
decidit̄ vt.c.for⁹ ꝺ ver.signi.ista procedere videret̄ ꝺ stricto iu-
rigo.sȝ prime rōnes sūt tuciores ⁊ eq̇ores nā occis⁹ potuissȝ eē

inuasor et occidens inuasus et se defendendo potuisset cruentasse cutellū bn̄ debite ⁊ inculpate se defendēdo per lec.et no. in.l.vt vim.ff.de iusti.et iure ⁊.l.i.§.qui cum telo.⁊.l.si q̄s per cussorem.C.ad.l.cor.de sic. Et iō dicere vltra p̄missa requiri cō fessionē per questionē ⁊ perseueratam sine questione alias ex illis indicijs nū q̄ cōdēnarē ad mortem sed starez cū primis iuribus scz cum.l.i.ff.de questio.⁊.l.militis C.eo.et.l.qui sen tentiaz hoc clare probātē.C.de penis.qr indubijs tucior via est tenenda et vbi maius periculum ibi caucius agendum vt no.in dicta.l.fi.C.de proba. Sunt preterea quedam alia in dicia non omnino euidēcia vel indubitata sūt tamen aliquo modo propinqua p̄ que procedit etiam ad tormenta puta si homicidiū fuerit commissum in aliqua domo seu camera que hz tantum vnū exitū per quē tunc fuit visus reus exire cū an nis cruentis et palidus in facie vel in loco delicti in agro vel vinea a longe fuit visus reus quando ducebat arma cōtra il lū q̄ fuit occisus vł si apd̄ reū repiūtur aliq̄ res q̄ fuerīt apd̄ oc ciū tūc tp̄is vel si dicat q̄ mādato ticij vel si ticius iactasset se de offendēdo vel occidēdo illū qui postea occisus reperitur vel offensus Item qr tali est iste re⁹ q̄ verisimiliter talia p̄ petrasset vel predicta est solitus facere vel forte reus extra iudi ciū hoc delictū fuerit confessus lz nō faciat plenam probatio nē cōtra eū ar.ff.de p̄ba.l.fi.faciūt q̄ h̄ntur et notā.ff.d̄ adul. l.i.Item si delictū ɔmittat nocte ⁊ fuerit inuēt⁹ ibi re⁹ illo tp̄e hn̄ presūptio ē cōtra eū qr tenebre sūt apte ad malū ɔmittēd̄ vt.ff.d̄ vē.īspi.l.i.§.tria luiaria ⁊ qr nox aggrauat d̄lictū. C.d̄ adult.l.gracc⁹.ff.de effrac.l.fi.Predicta āt ⁊ alia inūerabilia i dicta p̄nt occurrere scd̄z factoꝝ varietatē ⁊ iō nō possz certa do ctrina app̄hēdi ar.ff.d̄ testi.l.iij.§.eiusdē.qr pl̄a sūt negocia q̄ vocabula.ff.d̄ p̄scrip.v̄bis.l.natura.p̄dicta aūt idicia de q̄bus supra exēplificauim⁹ p̄nt his legib⁹ approbari.ff.de vē.inspi.l i.§.in quo ⁊ de dā.infec.l.qd̄ ɔclaue i fine.ff.de testib⁹.l.iij.in prin.de q̄stio.l.d̄ miore.§.fi.Nā pallor ɔtra p̄cussorē facit p̄sū ptionē vt no.C.vn̄ vi.l.i.Q̄ncq ɔtra portantē arma ⁊ arma te nentē p̄sumit in.l.i.in prin.de sicca.ff.qr eoꝝ vsus est īterdict⁹ in auc.de armis p̄ totū.Itez p̄bat cōtra eū eo q̄ est dep̄hens⁹ in facinore.ff.de fur.l.v.⁊ in auct.de defen.ciui.§.fideiussores

Itez pbat̄ ꝙ receptores vel cōsocij sūt criminis ⁊ iō cū crimi
nosis puniūtur. ff. de recepta. per totum. Itē ⁊ de fama habe
tur. ff. de arbi. l. lʒ ⁊ ibi no. ⁊. C. ꝙ met⁹ ca. l. metū. C. ex q̄bus
ca. l. ij. et ꝓpter minas et iactationes factas ab inicio secuta
postea iniuria contra minātē p̄sumitur. C. de adulter. l. si qui.
ff. de accusa. l. sicut de pig. act. l. vel vniuersoꝝ. Itē qꝛ solit⁹. sol
liti eni actus manā p̄sumtōez inducūt. C. de epi. audi. l. ij. ad
idē. ff. de re mili. l. ij. §. is qui ⁊ l. nō omnis. §. a barbaris. ⁊ ex̄
de pig. c. illo. facit ēt ad corroboratione p̄missoꝝ qꝛ inditia p̄
dicta insurgūt ex q̄dē facti euidētia que facit quādā ꝓbatōis
speciē. c. cum ad sedē de resti. spo. l. si irruptione. ff. finiū regū.
nulle eīt sūt validiores ꝓbatōes ꝙ que fiūt vel que habētur
ꝑ facti euidētiā ex̄ de iureiuran. c. ad nr̄am. itē ex q̄litate fci ca
pitur ꝯiectura. ff. de dona. inter vir. et vxo. l. veroꝝ. Itē ēt ex q̄
litate ꝑsonarū aliquid p̄sumit̄. ff. de proba. l. ꝓcula ⁊ l. si seru⁹
cōis de do. inter vi. ⁊ vxo. et per ea que notā. extra de p̄ben. c.
nisi. C. de suspec. tuto. l. pietatis. ff. de rei ven. l. in fūdo cū simi
libus. Hec aūt sūt vera nisi personarū cōditio tormēta nō pa
tetur vt dicta. l. militis. C. de questi. qđ dic vt infra dicet̄. No
ta tn̄ ꝙ p̄dicta idicia locū habēt demū qn̄ cōstat maleficium
eē cōmissū. ff. ad syllei. l. i. §. Itē illđ. al's aūt frustra quereretur
de indicijs et coniecturis habēdis qꝛ ei⁹ qđ nō ē nulle sūt cau
se. vt. ff. de iure condi. l. quidā referūt. Sʒ iuxta p̄missa quero
nōne indisticte quelʒ et cuius lʒ cōditōis torqueri possit. Itez
an in omni crimine sit ad tormēta ꝓcedēdū. ⁊ dic ꝙ regulari
ter tā liberi ꝙ serui et tā mares ꝙ femine ac etiam testes pn̄t
torqueri. ff. de questio. l. vnius et in aucten. de tes. §. si vero col
la. iiij. Sʒ mulier p̄gnans nō torquet̄ sʒ nec punit̄ no. i. l. pre
gnātis. ff. đ penis similiter nō torquet̄ ipubes. l. i. §. ipubes. ff
ad silleya. sa. q̄ habent̄ i. l. đ minore ⁊ l. ex libero. §. minor. ff. đ
q̄oni. Itē idecrepita etate cōstitu⁹ nō torquet̄ ff. ad silley. l. iij.
§. ignoscit ⁊ dic ꝙ decrepit⁹ ē a. lxx. an. supra. ff. de iure imuni
ta. l. maiores. Itē milites ⁊ decuriones nō torquētur. ff. đ q̄sti
li. militis. et. l. decuriones ⁊ l. diuo marco. ff. đ. decurio. l. fi. ⁊
ꝑ hoc idē i militib⁹ q̄ militāt h̄ tn̄ vr̄ idē ʒ i militib⁹ nr̄i tp̄is qꝛ
ipsi cū nō vacēt curie ⁊ expeditōi rei publice hoc priuilegio nō
gaudēt vt no. i auc. đ ma. prin. §. fi. ⁊ ar. de epi. ⁊ cleri. l. gn̄alit̄

tñ i casib⁹ positis i dicta.l.de minore et de re. mili.l.ꝑtor.⁊.l. ꝓditores torquẽtur. Quid de clericis an sint verberib⁹ vl' tormẽtis subiciẽdi ⁊ vr ꝙ nõ.L.ð epi.⁊ cle.l.ꝑsbiteri.⁊.v.ij.q.v.c.illi.Sꝫ dic ꝙ clerici maioꝝ ꝑ cribus qõnãtur vt notat.v.q.v.c.illi.Jtẽ no.ꝙ clerici ñ pñt torqueri a layco sꝫ ab epo vt ex depo.c.i.Jtẽ dic ꝙ testes torquẽtur tã in ciuili ꝙ̃ i crimia.i.vt si ẽ seru⁹ vel vill'ꝑsona vl' ẽt liber si sit criminosus vl' infamis vl' excõicat⁹ vl' ĩnot⁹ tales ei ñ recipiunꝫ ad testimoniũ nisi cũ qõnibus ẽt si sint clerici ⁊ de hoc plene.xv.q.vi.i prin.et in auteñ.de tes.§.nos igiꝫ. Ad scðꝫ q̃sitũ nũq̃d i oĩ cã sit habẽda qõ ⁊ adhibẽda tormẽta Dic primo ꝙ vr i oĩ cã tã ciuili ꝙ̃ criminali qõ possit haberi tormẽtoꝝ.ff.ð.questio.l.diuus.Torquẽtur ei i casu.s.qñ ṽitas aliꝫ hẽri nõ põt.vt dicta l diu⁹ Sꝫ icõtrariũ vr in.l.diuo.L.e.ti.vbi dr i cã ciuili qꝛ ñ ꝓhibetur in in leuiorib⁹ delictis.vt.ff.de questio.l.edictũ ergo ⁊ hoc casu vbi minorẽ rõ ⁊ hoc ẽ veꝝ qð itellige i liberis ꝑsonis.l.q̃ũ ꝙ cũ similib⁹.L.de seruis fugiti.Notãdũ tñ ẽ ꝙ vbi dixi ꝙ milites ⁊ decuriones torqueri nõ dñt fallit in militib⁹ missis ⁊ in ð curionib⁹ macula pudoris aspſ.l.milites ⁊.l.decuriones.L ð questio et rõ eẽ ꝑt qꝛ i talib⁹ reat⁹ omnẽ honorẽ excludit.l.i L.vbi senato.vl' claris.vi.et cũ ꝓpꝫ honorẽ militarẽ vl' decurionat⁹ ad hoc eẽnt priuilegiati ne torq̃renꝫ ille honor ꝑterit⁹ ꝑ eos nũc ꝑdit⁹ eos ñ iuuat torquenꝫ etiã decuriones in alio casu .s.qñ añ decurionatũ gesserũt officiũ tabellionis et querit ð fide scripture ꝑoꝝ.Nã illo casu pñt torqueri vt apiãt ṽitatez.L.ad.l.cor.de fal.l.si q̃s decurio.Jtez querit q̃d si iudex extorquet ꝑ tormẽta cõfessionez a reo indiciis nõ ꝑcedentib⁹ et ab eo q̃ torqueri ñ potuit.Nũquid re⁹ ex tali cõfessione obligetur ⁊ primo vr ꝙ si sic qꝛ lꝫ fieri nõ debuerit tñ ex q̃ cõfiteꝫ vr tenere ar.ff.qñ app.sit.l.i.§.ꝙ similimõ et facit.ff.ꝙ me.cau.l.fi.§.fi.ad idez facit qꝛ si q̃s coact⁹ ꝓmittit postea soluit qð promisit nõ repetit.l.ij.L.me.cã et ibi no.et multa ꝓhibenꝫ fieri que tñ facta.tenent.ff.ad treb.l.seruo iuito.§.cũ ꝑtor. Ecõtra ꝙ ñ obligeꝫ re⁹ qꝛ factũ est cõtra.l.ꝓhibitõez.ergo ꝓ nõ facto est habendũ.l.non dubiũ.L.ð legi.vñ nec extorqueri debuit nec ex tortura re⁹ cõuiciꝫ.ff.de dã ifec.l.fluuiũ.§.viciũ.ff.vt in pos.le.l.ij i prin.Jtẽ sicut ñ ꝑiudicat snia a nõ suo iudice lata nec cõfessio corã iudicẽ nõ suo.c.at si clerici de iudi.et ar.L.de

appel.l.nõ minatões.et hec est veritas que pbaт.ff.ð questi.
l.i.§.diuꝰin fi.et.l.ciues.§.ij. Quero an qõ seu confessio facta
die feriata valeat. dic ꝙ h si sit facta tortura die feriato qꝛ tũc
nec tortura nec confessio nec aliquis actꝰiudiciariꝰ valet.C.ð
ferijs.l.die.fe.l.oẽs ex̃.e.c.cõ questꝰsic ẽt possꝫ dici circa datio-
nẽ fideiussoꝝ i cã criminis facta in die feriato que daт i cã cri-
minis.C.q̃ accu nõ pos.l.iij.et qꝛ cõdẽnato reo fit executio in
fideiussores.C.de vsu rei iudi.l.fi.§.si forte. Ergo vꝫ abiectio
cũ talis prohibetur datio. Quero an cõdemnato reo videaт
condemnatꝰ fideiussor ad id ꝓ quo fideiussit vt i eũ possit fieri
executio dic ꝙ sic i fideiussore iudicij cũ ꝓmisit iudicatũ solui.
Secꝰsi ꝓmisit de iudicato sisti tñ.qꝛ tũc cõdẽnato reo absolui-
tur fideiussor.ff.de fideiussor.l.grece.§.an ergo qð intellige se-
cũ duꝫ ea q̃ no.extra ð iniuri.⁊ dã.da.C.i.in.vi.i.glo.sup vbo
qð eẽ nõ dꝫ Itẽ quero an reꝰ possit sepe torqueri seu an que-
stio possit repeti.dic ꝙ si tortꝰ negauerit ⁊ tortꝰ in negatõe ꝑ-
seuerauerit ãpliꝰ nõ ẽ torquẽdꝰ sine nouis ĩdicijs ꝑ lec.et no.
ꝑ doc.in.l.repeti.ff.ð questio.et dicũtur noua indicia puta qꝛ
testes priꝰ dixerãt vidisse igredi domũ occisi ⁊ vnicũ ostiũ.Nũc
alij dicũt vidisse exire ꝑ idẽ ostiũ cũ gladio sãguinolẽto ⁊ si-
milia tũc p̃t repeti actũ iudex i tali repetitõe dꝫ adhibere tẽꝑa-
mẽtũ.ff.ð quest.l.ð mi ori.§.tormẽta.⁊ ꝯsiderare q̃litates ꝑso-
naꝝ torquẽdaꝝ ⁊ grauiꝰ vł remissiꝰ ꝓcedere qualitate pensata
.l.i.§.questioni.ff.ð questio.⁊.ff.ð termio amo.l.ij.cũ simili-
bus.Quero an qõnatꝰ debeat iterrogari ð suis cõsocijs ⁊ de
receptatoribꝰ eoꝝ dic ꝙ si.vt.ff.ð custo.reo.l.diuꝰ⁊.l.ij.⁊ idẽ
i alijs cribꝰ exceptis q̃ notaнт.C.ð acu.l.fi. In alijs aũt cribꝰ
nõ ẽ de alijs socijs iterrogãdo pl'ibꝰ rõnibus Prio qꝛ so.cris
nõ crediт.C.de maleficis.l.fi.⁊ ð tes.l.q̃m liberi.nã laborant
eodẽ morbo ex̃ de testi.ꝑsonas.Itẽ qꝛ cũ reo nõ crediт.C.de
questi.l.sicuti.al's icipit ꝑs.Itẽ qꝛ testes dñt eẽ oi exceptione
maiores.C.de cõtrahẽ.⁊ cõmit.stipu.l.optimã extra de testi.
c.lꝫ ex quadã vñ ñ facit ꝓbatõeꝫ.vt notaт in dicta.l.fi.si tñ p̃-
cedat p̃sũtio cõtra reũ noiati tũc cõfessio cõtrarei facit aliqua-
lẽ p̃sũptionẽ cõtra illũ vt ibi notaт. q̃m q̃ ꝑ se singula nõ suf-
ficiũt mł'ta iuuãt vt nota.i dicta.l.fi.vñ ñ nocꝫ alteri ꝙtũ ad
aliq̃lẽ p̃sũptõeꝫ sꝫ cõtra alios crio sos ñ socios possꝫ dici ꝙ dic

tū rei sit ꝑ testimoīo vnꝰ testis vn̄ forte sufficeret ad tormēta cōtra illos ꝑ ea q̄ dixi supra. Quero nūc de ꝓbatōe que fit ꝑ famā hoc ē testis dicit ꝙ publice dr̄ talē occidisse talē nunq̄d ex hoc fama publica erit ꝓbata ꝛ videt̄ ꝙ nō q₂ ista rō sc₃ ꝙ publice dr̄ nō est sufficiēs ad probatōe₃ fame q₂ glo. cōiter dicūt ꝙ testes q̄ de fama deponūt dn̄t dicere maiorē ꝑte₃ ppl'i ita sētire vt nota. ff. de testi. l. iij. §. eiusdē ꝛ cū in q̄ōne ꝓposita non sic se habeat dispositio ꝯcludit̄ ꝙ fama nō sit probata sufficiēter ꝛ ad hoc accidit qꝺ dr̄ ꝙ fama est cōis opinio s₃ cōis opinio nō colligit̄ ex opinionibꝰ singuloꝝ vel ex eo ꝙ publice dr̄ sed ex opinione ꝛ existimatōe vniuersoꝝ vt colligi p̄t ex notatis in. c. vr̄a de coha. cle. ꝛ mulie. . ff. de fun. instruc. instrumēto ꝗ legato. l. cū de lanionis. §. i. Cū igr̄ deposuerūt testes publice ꝛ palam esse ideo q₂ ita dicebat̄ nō sequit̄ cōem opinionē vel famā eē probatā ꝑ quo faciūt lec. ꝛ no. in. c. cū in ap̄lica et c. cū in tua. de spō. Simpl'r ergo ꝛ sine determiatōe ꝓbatio referri d₃ ad actū ꝛ interp̄tatio ad eā ꝑtē que minꝰ odij cōtinet trahi. ff. de penis. l. si p̄ses ꝛ de suspec. tuto. l. q̄d ergo. sed qꝺ intelligit̄ probatis cōtinet odiū igr̄ repellendū. In oppositū eē videt̄ ꝙ ꝑ p̄missa fama sit ꝓbata ꝑ ea que le. ꝛ no. in. l. iij. §. s₃ q₂ publice. ff. ad mace. Judex tn̄ ex p̄missis animi motū in formare poterit Et ponamꝰ famā eē probatā Quero an talis fama sit sufficiēs ad torquēdū. Et dic ꝙ nō q₂ fama nō facit nisi vnū indiciū ꝛ ꝑ vnicū idiciū nō ꝓcedit̄ ad torturā ꝑ lec. ꝛ no. in. l. i. ff. de questio. Itē fama nō facit indiciū sed coadiuuat ꝛ cōfirmat vt supra dictū est vt puta facta est ꝓbatio ꝑ testes q̄ nō sūt oī exceptiōe maiores vel q̄ sūt īimici nō tn̄ capitali inimici nō tn̄ capitali īimicitia. Nam ꝙuis non esset eis al's dāda fides plena vt. l. optimā. C. de ꝯtrahē. ꝛ comi. stipu. ꝛ no. extra de symo. c. ꝑ tuas. §. i. assistente tn̄ fama publica ꝯfirmātur coꝝ testimonia et ita intelligit̄ glo. l. iij. ff. de testibꝰ S₃ aliquis vno solo indicio nō torquetur etiā exn̄te fama q̄ solū coadiuuat ꝛ nō probat vt nota. ff. de testi. l. iij. extra de testi. c veniens. vide glo. in. c. cum in diocesi de vsuꝝ. ꝛ in. c. cū causā de proba. vbi nulla fama est apta ad ꝯdemnandū nec ergo ex fama sine alijs probationibꝰ condemnare quia potius facit p̄sumptā ꝙ verem probationē per lec. et nota. in. l. absentem in

prin. ff. de penis. Si queras ergo de q̄ p̄derit illa fama dic q̄ nihil d̄ p se s3 adminiculata idicijs vel suspitionib⁹ vt. l. pe. ꝛ fi. ff. de questio. Nā tūc sufficeret ad torturā. In ciuilib⁹ autem cāis nō solū coadiuuāte fama ex vno teste s3 ex q̄libet semiplena probatione defert iuramētū vt notat. C. d̄ re. cre. l. i bone fidei admonēdi. ff. de iureiurā. ymo ex multis idicijs vr̄ plena p̄batio iduci i cā ciuili ar. C. de p̄ba. l. p̄prietatis. l. sciēt. C. de p̄ba. de rei ven. l. idicia de p̄scrip. ver. solēt. C. q̄ tes. fa. poss. l. hac cōsultissima. et extra de here. c. excomunicam⁹ in fine ꝛ i multis alijs locis. Itē quero an p testimoniū mulieꝝ i delictis p̄bet delictū vel fama seu indiciū. Et vr̄ q̄ nō p. c. for⁹ de ver. sig. nisi p̄cederet p viā iquisitōis vt i. c. qm̄ d̄ testi. S3 dic q̄ illd̄ ē veꝝ de iure canonico s3 de iure ciuili et cōi obseruantia curiarū mulieres in criminib⁹ ad testimoniu3 admittūtur cū exp̄sse non prohibētur. q2 edictū de testib⁹ ē p̄hibitoriū. ff. de tes. l. i. Cū ergo nō p̄hibeātur mulieres ergo admittūtur. ff ex q. cau. ma. l. necnon. §. qd̄ eis. p̄terea probat ex eo q̄ mulier in testamēto est p̄hibita ferre testimonium. ff. de testa. l. qui testamēto. §. mulier per qd̄ relinq̄tur q̄ regulariter admittitur q2 exceptio regulā firmat. l. nā qd̄. §. fi. ff. de penu. lega. ff. de regu. iu. l. i. p̄terea si delictū cōmissum non pōt p̄bari per mares q2 forte ibi null⁹ erat et femine non testificētur crimē remanebit impunitū qd̄ eē n̄ d3. l. ita. ff. ad legē. aquil. et penā ob maleficia solui magna rō suadet. ff. de fideius. l. si a reo. Ite3 ferre testimoniū ē dignitatis. xxxij. q. v. c. p̄ceptū a qua no repellit magis femina q̄ masculus nec in hoc inuenim⁹ deteriorē cōditionē generis masculini q̄ feminei ergo ꝛc. Quid de minore. xxv. annis vide i. l. inuiti. et. l. testimoniū. ff. de testi. vbi habetur q̄ minores. xx. annis nō admittūtur in criminali ad testimoniū l3 faciāt indiciū qd̄ limita vt ibi per doc. Postremo restat vidēdū de p̄batione criminis per cōfessione criminosi. vn̄ sciēdū ē q̄ criminosi duob⁹ mōis cōfitētur. s. p tormēta vel spōte In primo casu. s. qn̄ p tormēta vel alit iuiti cōfitētur tūc audit re⁹ rauocare volēs q2 talis cōfessio non ē plena. s3 semiplena ēt si in ea p̄sitat p lec. et no. i. l. ij. ff. de custo. reo. et dicit p̄sistere i cōfessione qn̄ ex̄ tormēta et p̄ncā illoꝝ p̄seuerat. et hic inoleuit practica iudicū q̄ post cōfessionē factā i tor

mētis corā se et extra tormēta ac pñciā tormētorū adduci faciūt reū ad sciēdū si pseueret vel ne iuxta doctrinā docto.i.dicta.l.ij.faciūt lec et no in.c.quid ergo xi.q.iij.τ.l.i.§.si qs vltra.ff.de questio.si aūt cōfessio non fuerit meticulosa seu metu tormētoꝝ extra admittit reuocatio dūm cāz adijciat reuocandi puta q2 dixit φ p viz τ metū carceris seu tormētoꝝ vel alias errone cōfessus ē se delictū ppetrasse cōtra veritatē ar.lec.et no.in.l.si dom⁹.§.q confitetur.ff.de le.i.Cōstat ei φ error facti pt qñcūqz reuocari añ sniaz pbato errore.C.de iure.et fac igno.l.error.et.l.creditor.§.iussus.ff.de appel.et in.c.vlti.de confes.qōni ei babite fides nō semp adbibēda est q2 piculosa probatio ē Nā sepe contra veritatez emittitur cōfessio i tormētis eo φ pleriqz in tormētis tāta ducūtur paciēcia vt nō solū de se confiteantur quinymo ēt alios inocentes criminētur q̄re si confessione nō obstāte apparet de innocentia confitētis liberari dz.ff.de questio.l.i.§.diu⁹τ.§.si qs vltro et iō cautos imo cautissimos eē oz iudices circa ea.Ne dū reos cōtra veritatē p tormēta cōfessos se iuste cōdēnare putāt seipos coram eterni iudicis tribnnal eterno iuditio subiciant p ea que le.et notant in.c.cū eterni de re iudica.li.vi. Ubi vero reus perseuerat in cōfessione et cōstat de casu confessato pōt condēnari scdz theoricā.do.in dicta.l.ij.et in.l.si cōfessus.ff.de cus.re.τ i c.ij.de cōfes.c.qualiter.lo.ij.de accu.c.fi.de cele.mis.in oib⁹ tñ caute se dz babere iudex q2 dubia ē cōdēnatio que fit ex sola ptis cōfessione. Septimū tps assignāt aliqui tps exclusionis a pl⁹ pbādo p testes et illoꝝ publicatōis qd vno cōtextu fieri solz et copia pcessꝰ fitiptib⁹ oiginali remanēte penes iudicē vl notariū scdz stilos curiaꝝ de quo i.c.qm cōtra falsā d pba. Sciēdū tñ ē φ ex sola exclutio iudicis sine cōsensu ptis facta ñ claudit viā pbādi pti quo min⁹ testes q fuerāt absētes nūc de nouo recipiant vl illi q de nouo ad ei⁹ noticiā puenerūt τ examinari possit dūm testificata nō deducerit τ φ calūniose boc nō postulet iurauerit put bec probātur i auc.de tes.§.qm τ q2 vo τ.§.illd tñ.τ.§.si vero. Ubi aūt exclusio fieret de cōsensu ptis p modū renūciationis et cōclusionis in cā de quo in auc.iubem⁹.C.de iudi.τ i dicto.c.qm cōtra falsaz.tūc nō admitterētur p lec.et nota.in dictis iuribus propt dubium sub

ornationis. Respectu vero instrumentoꝝ ⁊ documētoꝝ nō sit
ꝓprie exclusio qꝛ semꝑ pn̄t produci ⁊ nō solū quarta ymo etiā
vi. vij. ⁊ octaua dilatio dari ex cā ad illa ꝓducēda quia ī illis
cessat dubiū subornatōis. ⁊ hoc iure curie nr̄e in ꝑtibꝰ vtūtur
et ad ipugnationē illoꝝ daꝛ dilatio parti vel si ꝑs malit ad tē
pus disputationū dicte ipugnatōes reseruanꝛ in hoc tn̄ non ē
vis Nā quelibet curia in suo stilo ⁊ pra ctica habūdat. Octa
uū vero tp̄s qd̄ est de obiectibꝰ ꝯtra testes expeditū est supra
ī practica casꝰ nouitatis. Nonū tp̄s assignaꝛ tp̄s renūciatiōis
et ꝯclusionis in cā et assignatio ad sniaꝫ q̄ simlˀ fiūt de quibus
habeꝛ. C. de iudi. in dicta auc. iubemꝰ ⁊. c. qm̄ ꝯtra fallaꝫ ex̄ de
ꝓba. iudex tn̄ sepe ⁊ sepiꝰ vtrāq; ꝑtē interrogat an̄ cōclusiōem
cause vtrū voluerit plꝰ ꝓbare vel aliud iustū dicere. Et si ꝑtes
dixerit ꝙ nō pō: in cā cōcludere ⁊ assignare ꝑtibꝰ terminū ad
sniam ferendā vt. C. de iudi. l. iudices ⁊. ff. de interro. ac. l. pe.
Et an̄q̄ꝫ sit renūciatū ⁊ ꝯclusuꝫ in cā dn̄t tradi allegatōes iu-
riū ꝑ ꝑtes alˀs nō admittētur de iuris rigore post renūciatio-
nē ⁊ cōclusionē verūtn̄ i curia nr̄a vt p̄dixi nō fiūt exp̄sse renū
ciationes ⁊ cōclusiōes i cā ſꝫ tacite scꝫ ꝑ assignatione ad sniaꝫ
iuxta gl o. circa fi. i cle. sepe de v̄bo sig. ⁊ ꝑ. c. cū dilectꝰ cum ibi
no. d̄ fi. instru. Et iō ꝓducūt ꝑtes q̄cunq; gn̄a documētorū et
iuris allegatōes an̄ sniam ⁊ si nolunt dare i scriptis iuris alle
gatōes illas reseruāt deducēdas verbaliter ad tp̄s disputatō
nū iuriū ꝑtiū scꝫ dū ꝓcessus refertur seu reportaꝛ in cōsilio Sꝫ
que est rō q̄re fiūt allegatōes iuꝝ i fine cause cū ius sit finituꝫ
et certū. vt. l. in oī ꝑte. ff. de iuꝝ et fac. igno. respō. ꝙ illud fit ad
maiorē facti euidētiā ⁊ declarationē aī iudicis. sic. C. de bo. q̄
libe. l. non sine rōne ⁊c. Decimū ⁊ vltimū tp̄s est tp̄s ꝓlatio-
nis snie quā sniam iudex nō dꝫ proferre subito sine deliberatō
ne p̄habita cōsilij sui vel alteriꝰ qꝛ lꝫ alienū petierit consilium
nō necessitatur illud sequi si videat ꝙ tale cōsiliū a vero decu-
et ꝑ lec. ⁊ no. in. c. ne innitaris de cōsti. ⁊. C. de rela. q̄si ꝑ totuꝫ
et clariꝰ ex odi. xxiij. c. vbi habeꝛ. Nec i iudicio plurimoꝝ acqui
escens vel snie vt a vero deuies. In dubio tn̄ tuciꝰ est iudici se
qui cōsiliū qꝛ consilium eū releuat a dolo et ne possit sindicari
vt notatur ꝑ docto. in. l. i. C. vt oēs iudices post depositā ad-
ministrationē et in. l. i. ff. de legibus ⁊ in dicto. c. ne innitaris.

et in.c.cū olim ꝛ.c.cū dilecti.de arbi.et i.c.calūniā de penis ꝑ docto. Precipitate quidē ꝛ indeliberate sniē tristem so lēt parere exitū qꝛ frequēter anullant vt infra dicetur. vbi de causis ꝑ q̄s anullat ꝓcessus tēgem⁹. Et nota ꝙ snia cōtinere dꝫ con demnationē vel absolutionē al's nō valꝫ vt.ff.de sen.ex ꝑicu reci.l.ꝑses glo.in.l.i.C.si aduer.rē iudi.l.in sūma et.ff.de arbi. l.q̄d tū.§.si arbit.ꝛ.ff.si certū peta.l.certū est dꝫ ferri snia in pu blico nō i secreto vt.C.d' sē.ꝛ iterlo.oi iu.l.cū sniaꝫ.i.vbi dari cōsueuit saluo iure maioꝝ vt.ff.de insti.et iur.l.penul. nō aūt in turpi loco vt.ff.de arbi.l.si cū dies.§.pe. Iteꝫ vtraq̄ ꝑte p̄n te.ff.de re iudi.l.quesitū ꝛ.C.quō ꝛ q̄n iudex.l.ea q̄. Itē i snia ferēda iudex seruare dꝫ ordinē iuꝝ vt.ff.de sen.ꝛ iterlo.oi.iudi l.ꝑlatā. Itē nō incerta sꝫ certa esse dꝫ vt.C.de sen.q̄ sine cer.q̄ ti.ꝑ totū ꝛ insti de actio.§.curare. Iteꝫ iudex lata snia diffini tiua desinit eē iudex cū funct⁹ sit officio suo vt.ff.de re iudi.l.iu dex ꝛ ex̄ de offi.dele.c.in lr̄s ꝛ ideo de cetero nihil pōt addere vel diminuere vl' mutare nisi quo ad gramaticā vt dictum est vel nisi in mulcta que remittit ꝓpter inopā vt.C.de mō mul cta.l.fi.et.ff.de offi.ꝑ̄i.l.illicitas.§.vl. vel nisi suppleat ea que ꝑtinēt ad ꝓnam vt de expē.ꝛ sitib⁹ ꝛ hoc eadeꝫ die vt.ff.de re iudi.l.paul⁹ la.ꝓmiere.ꝛ.C.de fruc.ꝛ lit.expē.l.determina to dꝫ eñ iudex victū victori cōdēnare in expē.nec eñ dꝫ esse lege clemētior vt hic probat ꝛ in auc.de iudi.§.oportet colla. vi. Si.m̄ ꝑspicit neutrū ex sua snia cōdēnandū in sūptibus ea deꝫ sua snia decernat vt in dicto.§.oꝫ v̄.si eñ ꝑspicit. Sꝫ q̄ro iudex post latā sniam diffinitiuā siue in crimiali siue i ciuili co gnoscit se male iudicasse ꝛ a snia nō est appellatū ꝛ forte ex sē tentia criminali imponit pena mortis. Quero qualiter cōsule tur ei. Et videtur ꝙ nō possit sibi seccuri de aliquo consilio qꝛ sniam suā non pōt reuocare per dictam.l.iudex.ff. de re iudi. quia siue bene siue male iudicauerit fructus est officio suo vt i dicta.l.iudex ꝛ.c.in litteris de offi.dele. Dic ꝙ licet non possit sniam reuocare qꝛ siue bene siue male iudicauerit functus ē of ficio suo vt in dictis iuribus. Ad cautelā tamen sui poterit cō sulere suū superiorē qui sniam reformatur⁹ erat si appellatū fu isset ar.lec.ꝛ nota.in.l.i.in fine.ff.de q̄stio. Et interim differre executionem Sed iterum restat dubiū casu quo ille supior

cõsult⁹ nolit se itromittere ex eo ꝙ cã nõ deuoluit̃ ad eũ ꝑ cãm reformalẽ qꝛ sine recursu reformali nõ dꝫ se intromittere ꝑ lec. et nota. in .c. romana de ap. li. vi. Quid fiet ⁊ quo remedio subuenit̃ ex practica põt eẽ duplex ꝙ ipemet iudex fingat vnũ terciũ qui supplicet iudici ad quẽ significãdo ꝙ ipe iudex iniq ⁊ iiuste ꝯdẽnauit ad morte talẽ requirẽs ꝑ modũ querele et defectus iusticie prisonerũ adduci ꝓcessum reiuderi ⁊ sniam reformari iuxta lec. et no. in .l. eos. C. de appella. ⁊ in auc. in medio litis nõ fieri sa. iub. ⁊ in p̃dicto .c. romana. ⁊ tũc ille talis iudex supior per querelã aditus necessariat⁹ in vim supplicatõnis admittet supplicantẽ ex theorica .l. non tm̃. C. de ap. Ex q̈ admittũtur appellantes pro perire volentib⁹ ⁊ hoc mõ ille iudex supior reformabit iudiciũ inferioris. Alia põt esse practica ꝙ idem iudex faciat seipm̃ adiri ꝑ requestaꝫ allegãdo i reqsta reũ fuisse notorie lesuꝫ ex snia ⁊ petere in itegrũ restitui ex gña li clausula edicti restitutorij. tũc iudex cognito grauamie poterit restituere. §. qꝛ lꝫ ꝑ sniam expiret officiũ iudicis mercenariũ nõ tñ expirat nobile ex quo pẽdet restitutio ꝑ lec. ⁊ no. in .l. in cause la. ij. §. fi. al's est .l. in ꝑcio. ff. de mio. ⁊ .l. diu⁹. ff. ð i inte resti. facit .l. i. §. ceteꝝ. ff. de postulãdo. In qua p̃tor ꝑ remediũ restitutionis remittit̃ infamiã Sꝫ hinc practice ꝯtrariari videt̃ .l. i. §. fi. ff. de questio. que dicit rescribi debere supiori. Et iõ pro cõcordia vt in aliquo casu ꝓcedat hec practica dicerẽ cõsiderari debere prio eminentiã grauãtis. Secũdo miseriam grauati Exemplum primi puta qꝛ sententia data esset a supremis iudicibus scilicet prefectis pretorio vt sentire videtur glo. in .l. vnica. C. de sen. prefec. preto. Exemplum secundi scilicet qꝛ minor prout sentire videtur glo. in dicta .l. in cause. Et his cõcurrentibus tũc procedeat. §. fi. in .l. i cause. Sed vbi iudex nõ esset supremus ymo subalternus tunc procedat̃ practica. §. fi. in .l. prima. ff. de questio. etiã si cõdemnat⁹ esset mior. Puto tñ primã practicam esse tutiorem propter dubiũ sindicationis Naꝫ plures emuli possent impingere iudici restituenti ꝙ cõcussus vel pecunia corruptus restituisset Lata siquidem sententia si appellatur habes formã appellãdi supra i practica .ll. regiaꝝ. Si vero nõ appelletur mandat̃ executioni cõtra reũ Sꝫ ponam⁹ in snia ciuili ꝙ res in q̈ eminet fienda executio sit penes terciũ

iuxta theoricā.l.a diuo.pio:§.si sup reb⁹.ff.de re iudi. Nūqd il le terci⁹ impediat executionē indistincte. Dic aut terci⁹ sciuit rē fuisse in iudiciū deductā aut ignorauit. primo casu subdistin gue q: aut terci⁹ potuit ipedire iudiciū aut nō Prio casu si res fuerit in iudiciū deducta per reū qui potuit in iudiciū dedu cere in preiudiciū tercij scientis oppositio tercij non impedit.

Sed si eo ignorante aut sciente qn̄ reus nō potuit rē in iu diciū deducere tunc subdistingue. q: aut fit executio in alia re ꝙ̄ petita. ⁊ iter subdistingue q: aut vict⁹ possidet aut tercius primo casu nō impedit. scd̄o casu subdistingue q: aut il le terci us possidens h₃ causam ab alio ꝙ̄ a victo aut victo. primo ca su sc₃ si h₃ cām ab alio ꝙ̄ a victo impedit. Sed si h₃ a victo nō impedit. ista theorica colligitur ex dictis docto. in dicto. §. si sup rebus et in.l.sepe.ff.de re iudi. ⁊ in.c.penul.de re iudi.et in.c.veniēs de sponsali. ⁊ in.c.q:.v.de iudi. pōt tn̄ sententie ex ecutio impediri etiā pet condēnatū absq eo ꝙ appellet sc₃ ꝑ in inte.resti. vt dictū est. Scd̄o per modū nullitatis maxime vbi statim appet de illa ꝑ lec. ⁊ nota.in.l.iiij.§.condemnatū ff.de re iudi. ⁊ in p̄dictis iurib⁹ de quibusdē nullitatib⁹ infra latius dicetur Nūc restat videre quas cautelas obseruare de beant pcactici in ꝓsecutione appellatōis. Et dic primo vt in fra.x.dies appelletur vt in auc.hodie.C.de appel. siue grauā men sit iudiciale siue extraiudiciale.c.concertationi de app.li. vi. Itē adherentes debent infra.x.dies declarare glo.in.c. vt circa de elec.li.vi. Scd̄o ꝙ diffinitiua sn̄ia lata sufficit.du₃ tn̄ illico appelletur dicere appello sine scriptis ⁊ cedula Sed si post appellaꝛ d₃ appellari in scriptis ꝑ lec. ⁊ nota.in.l.ij.ff.de appel. ⁊ notatur. C.de ap.l.eos.§.i.et.l.litigatorib⁹ eo.ti. S₃ ab interlocutoria semꝑ appellatur in scriptis.c.i.eo.ti.li.vi. et ibi vide Tercio ꝙ appellans ab interlocutoria petat apl'os infra.xxx.dies semel secundo tercio sepius instanter ⁊ instan tissime ⁊ ꝙ intra.xxx.dies iudex concedat apostolos al's pu nitur et ꝓsequitur appellās suam ap.de appel.c.ab eo et.c.cor di.e.ti.li.vi.C.eo.l.qm̄ iudices Cū vero a diffinitiua appella tur iudex d₃ illico rn̄dere appellationi al's punitur vt in dicta l.qm̄ Et appellans pōt suam releuare appellationē vt in di ctis iuribus que sunt satis in practica vulgata. quarta ꝙ ta les

xxx. dies cōputent a tpe late snie vel gravaminis vel scientie vt. C. de ap. l. iudicib⁹ ꝛ. c. ab eo eo. ti. li. vi. quinto ꝙ iudex pt abbreuiare il os. xxx. dies retēto iuris termino ꝛ nisi appellās in termīo assignato cōpareat ad recipiendū aplos appellatio erit deserta vt cle. qnis rigor de ap. ꝛ in. c. i. eo. ti. li. vi. sexto ꝙ iudex pōt statuere ambab⁹ ptibus terminū ad psequendū ap pe lationē corā iudice ad quē appellat ꝛ si appellās nō com pareat in termīo assignato reputabitur cōtumax ꝛ appellatio habebit p deserta vt. c. sepe de ap. ꝛ. c. significauit eo. ti. dūmō termin⁹ fuerit cōpetēs ꝛ legitim⁹ p lec. ꝛ no. in. c. oblate d ap. Et si appellat⁹ nō cōpareat habet pro cōtumace ꝛ cōdēnabi tur in expē. ꝛ procedit in appel. c. cordi. de ap. li. vi. Scdm tn̄ stilū curiaꝝ nostraꝝ citatur iterū appellat⁹ qui si nō cōpareat lis habetur p cōtestata ex priuilegio causaꝝ appellatōem pro sequit appellās in cōtumacia appellati iuxta theoricā. l. aplio rem. C. de appel. ꝛ in dicto. c. cordi. Septīo ꝙ ille q̄ appellat pōt adiornari facere iudicē a quo appellat si sua putauerit in teresse et partē appellatā coram iudice appellationis vel alio ad cōparendū corā dicto iudice appellatōis processuꝝ in cau sa appellationis cū appellatur ad certā diem cōpetentē p lr̄as iudicis appellationis ad hoc decretatis iuxta theoricam. c. ro mana. §. fi. de appel. li. vi. licet scdm iura antiqua pars appel lans possit sue appellationi terminū prefigere ꝛ talis profictō valeret tm̄ ac si essent citati per litteras iudicis appellatōis vt notat in. c. nicholao de ap. Hodie tn̄ stilus seruat ius nouum scilicet ꝙ citatur appellat⁹ per lr̄as iudicis appellationis. Ce tera requisita ad validitatē appellationis vide in. c. i. de app. li. vi. in tex. et glo. Octauo datur appellanti annus ad psequē dum appellationem et cōputatur a tempore late snie siue gra uaminis vel a tpe scie et ille annus vocat primum fatale. et si appellans fuit īpeditus primo anno ex iuxta cā habebit scdm fatale ꝛ si fuerit negligens tpe fataliū appellatio erit deserta lapsu fataliū ꝛ appellās in expē. cōdēnabit. l. i. ꝛ auc. ei q. C de tempo. ap. Item si in secundo fatali impeditur per iudicē vel per partem tunc restituitur officio iudicis vt notatur in di cta aucten. ei qui all. c. ex ratione de appellatio. Nono ꝙ i cau a appel atio. datur libell⁹ appellatorius et iudex appellatio

nũ in cõtumatiã ptis põt habere p responso τ litẽ p cõtestata l.ãpliorẽ.℄.de ap. Decio iudex appellatõis pt facere reuocari oia innouata τ attẽptata post appellatõez τ añ ꝙ lis contestet.c.nõ solũ de ap.li.vi.qđ itellige qñ ẽ qđ ppietatis: Sȝ si eẽt qđ inter partes de possessione τ vtraqȝ ptẽderet si posside re nõ cadit attẽptatoꝝ reuocatio qꝛ qui vtit possessione sua ñ attemptat vt notat glo.indicto.c.nõ soluȝ. Undecimo ꝙ iudex appellatõis dȝ mãdare suaȝ sniam executioni vel mandare iudici ordinario ꝙ exequat .l.eos.℄. đ appel. Duodecimo ꝙ in vna causa nõ dȝ tertio appellari.l.i.℄.ne liceat in vna τ eadẽ cau.tertio ap.τ.c.sicut de ap. Decimotertio ꝙ i alijs pũctis aditamentis dilationib⁹ τ pbatõib⁹ seruat ius cõe vt in causa principali exceptis q̃busdaȝ casib⁹ specialib⁹ in ꝯsistorio principis vbi nõ currũt fatalia nec dant dilationes ordinarie sȝ causa appellatõis diffinit p processũ cause pricipal.l. si appelationem.l.in offerẽdis.℄. de tẽp. ap. τ appellantur tales processus in scriptis in curijs supmis hui⁹ regni hoc est qꝛ sine nouis deductionib⁹ ex actis pime istantie iudicant. Iteȝ nota ꝙ lȝ appellatio deseret poterit tñ attemptatoꝝ fieri reparatio qꝛ attemptata nõ transeũt in desertioneȝ p lec. et no.in ex pte de rescrip. Iteȝ siue appellat a diffinitiua sie ab interlocutoria fit attentatoꝝ reparitio p lec.τ no.i.c.i.de dila.τ in.c. ñ solũ de appel.li.vi. Sȝ attẽptata ante inhibitionẽ nõ reperiãtur cõtra iudicẽ qꝛ man⁹ nõ sũt ei ligate añ pbibitões vt no. in dicto.c.nõ solũ. Quero an appellatõe deserta liceat iudici a quo sniaȝ suã mandare executioni. Et dic ꝙ sic p lec. τ no in.l.qñ τ in.l.eos.℄.de ap.et in.c.personas de appella.ẽt si đtulissȝ appellatõi vt vult glo.i.c.cũ appellatõib⁹ i v̈bo tenẽda đ ap.i.vi. Itẽ nota ꝙ criosus detẽt⁹ appellẽs dȝ mitti ad iudiceȝ ad queȝ iuxta lec. τ no.in.l eos.§.sup his.℄. đ app. τ actuũ.xxv.c.vbi loq̃t tex.đ paulo dicẽs ad cesarẽ apellasti ad cesarẽ ibis: τ ibi sibi puidet de defẽsore iuxta theoricã.l.si ñ đ fẽdant.ff.đ penis.vt supra visũ ẽ.τ ide facto pcessu dat snia ꝯfirmatoria vl' ifirmatoria vl' ẽt rformatoria vt sup visũ ẽ. Sȝ q̃ro an pcurator admittet i cã criali ad defẽdẽdũ vr̃ ꝙ ñ.ff. đ pu.iudi.l.pen. §.ad crie. Sȝ distigue. Nã aut cãe sũt mere criales aut mixte. Et iteꝝ aut agit đ crie crialit τ ciuilit τ iteꝝ aut

procurator cōparet ad defendendū causam principalē. aut ad
allegandū causas absente ⁊ eas ꝓbandū. In primis casibus
tūc nō admittitur si criminū pena est relegatōis vel maior vt
dicto. §. ad crimē ⁊. ff. an per aliū causa appellatōis. l. i. In se-
cūdis casib⁹ q̄n sunt mixte aut intētant ciuilr̄ ⁊ procurator ve
nit excusando. Et tūc admittit̄ ꝓcurator extra de ꝓcu. c. tria. ⁊
de accusa. sup̱ his in fine et dixi procuratorē in criminib⁹ penā
maiorē cōtinentib⁹ nō admitti ad defendenduz reū a crimine
obiecto. Sz ad allegandū causas absentie etiā eas ꝓponēdas
bn̄ admittitur p̱. §. publice in. l. seruū q̄z. ff. de ꝓcu. Itē admitti
tur ꝓcurator in criminalib⁹ ad excipiendū ⁊ exceptōes pro reo
ꝓponendū ⁊ probandū nō dico excipiēdo vt excuset eū reum
a crimine de quo est inculpat⁹ Sz ꝓponendo dilatorias exce
ptiones vel declinatorias que veniūt ꝓponēde ⁊ examinan
de an litis cōtes. vt si excipiatur q̄ reus est alicui⁹ fori vel q2 re
scriptū nō valet vel q2 iudex esset excōicat⁹ vel incōpetens et
sic de alijs hmōi exceptionib⁹ vt notatur in. c. venies in glo.
de accusa. Qd̄ aūt est dictū procuratorē posse allegare causas
absentie intelligitur de absentia que habet iustam rationem
ff. de publi. iudi. l. penu. in fine. Q2 voluntaria absentia non ꝓ
bat excusationē vt ibi faciūt lec. ⁊ no. i. c. cū bertold⁹ de re iu-
di. cū concor. Ultimo quero quot ⁊ quales sint cause quibus
acta ānullātur. Et dic q̄ primo annullant̄. si litis cōtes. fiat cū
vno procuratore ⁊ fiat translatio in aliū similē nulla mētione
habita vel sine ei⁹ volūtate trāslatio est facta. ff. de ꝓcu. l. i cau
se ⁊. l. post litē. C. de procu. l. ꝓcuratorib⁹ ⁊. ff. de ꝓcura. l. pau-
lus cū similib⁹. Item si dn̄s cōparet nō protestat⁹ q̄ nō intē-
dit reuocare ꝓcuratorē suū. Quicq̄d postea cū illo procurato-
re agitur est nullū nisi ratificetur exp̄sse vel citate p̱ appellatio
nē. ff. mandati. l. q̄ mutuā. ⁊ de ꝓcu. l. licet. et rē. ra. ha. l. iij. §. fi.
Itez si procedat̄ sine citatione scd̄m illos dicētes citationē eē
de substātia iudicij vt in auctē. de liti. §. oēm coll'. viij. de quos
supra vbi de citatione dictū est. Itē si agat prio super possesso
rio retinēde ⁊ an̄ finitā instan̄. offerat libellū i petitorio q2 q̄c
quid sup̱ petitorio ꝓcedit̄ an̄ litē finitā in possessorio totū est
nullū. ff. de iudi. l. si de vi. in prin. Item ⁊ gn̄alr̄ si intentet̄ alia
actio q̄ debeat vt. l. i. §. i. ff. si p̱s here. petat̄. Itē si agatur iter

pr̃em ⁊ filiũ venia nõ petita ⁊ obtenta.ff.de in ius vo.l.i.et ij.⁊.l.fi.C.de in ius vocari. Item si agatur cũ falso tutore vt.l ĩ.ff.qd̓ fal.tuto.auc. Item cũ agitur cũ datiuo cũ legitimꝰ debeat esse q: nichil valet vt.C.de epi.audiẽ.l.de creationibus. Item si cũ test ibꝰ pecunia corruptis ꝓcedat.ff.de re iudi. dicti oĩs Item si ex falsis instrumẽtis.l.i.⁊.ij.et fi.C.si ex fal.instru. Itẽ si habeat locũ legitima tutela ⁊ ꝓximior nõ fuerit datꝰ dũm esset ydoneꝰ q: quicqd agitur cũ illo q̃ nõ est ꝓximior est nulla vt.l.si sororis.C.q̃ da.tuto.non pos. Et notat̃ plene de ista materia.C.qñ mul.tu.offi.fun.po.auc.mater in fi.illiꝰ auctẽ. Itẽ si aliquã ꝑsona in cã rõne ꝓximitatis agat ⁊ aliꝰ p̃cedebat eã in gradu vt.ff.de inoffi.testa.l.postumꝰ.§.i.et.§.fi. Itẽ si ordo ꝑturbetur in actionibꝰ ⁊ exceptionibꝰ ꝓponendis quã do vna est alteri preparatoria. ⁊ si ꝑuertat̃ nõ valet qd̓ agit̃ vt ĩ actione ad exhibendũ vt notat̃ in.l.iij.§.est aũt.ff.ad exhibẽ. et in.c.exhibita de iudicijs. Item qñ ille q̃ agit non hz legitimã ꝑsonã vt in pupillo sine tutore ⁊ miore sine curatore.C.q̃ legi.ꝑso.l.fi. Sed si ꝑ eis iudicatũ fuerit valet.l.nõ eo minꝰ et l.necꝫ.C.de ꝓcu. Item si filiꝰ agat sine ꝯsensu patris pro rebꝰ in quibꝰ pr̃ hz vsumfructũ.C.de bonis.q̃ lib.l cũ oꝫ.§.necessitate. Nec valet ratihabitio facta ꝑ partem vt ibi notatur. Sed in illis in quibꝰ pr̃ nõ habet vsumfructũ põt filiusfamil̃.esse in iudicio sine cõsensu pr̃is vt nota glo.in.l.si infanti.C.de iure delibe. Item si obiciat̃ tutori agenti ꝙ nõ fecerit inuentariũ: C.arbi.tu.l.fi.et.ff.de admi.tuto.l.tutor qui reꝑtoriũ. Itẽ et et p̃cipue anullatur ꝓcessus corã incõpetenti iudice factꝰ.C.si a nõ compe.iudi.l.i.⁊.ij.nisi esset talis iudex cuiꝰ incõpetentia posset tacite ratificari.ff.de iudi.l.i.⁊.ij.C.si a nõ cõpe.iud. l.i. Et põt dici incõpetẽs delegatꝰ procedẽs ĩ vim rescripti subrepticij.c.cõstitutꝰ de rescriptis.c.ad audientiam de cõce.preben.c.si motu ꝓprio de p̃ben.li.vi. Itẽ est nullꝰ si delegatꝰ exequatur cõtra formã rescripti.c.cũ dilecta de rescripti.c.venerabili de offi.dele. Item si omittatur petiti libelli oblatio glo.in cle.sepe de verbo.sig. Et faciunt lec.in auc.offeratur.C.d̓ litis cõtesta. Item iuramenti calũnie prestari requisiti p̃termisso vt supra visum est in iuramẽto calũnie.l.ij.§.sed q: veremur cuꝫ ibi notatis.C.de iureiuran.propter calũniam dando. Item si

testes producant absente vel nõ vocata pte. C. de testi. l. si qñ
et. c. in nomine dñi de testib⁹. Itez si feratur sñia pte nõ pñte
vel vocata. l. i. §. penulti. ff. que sen. sine ap. rescin. ⁊ glo. in. c. te
nor de re iudica. Item si sententia diffinitiua. feratur sine scri-
ptis nisi i casibus excep. per glo. in. c. fi. de re iudi. li. vi. Itez et
qñ iudex corrupt⁹ aut concussus venalez profert sententiã per
l. venales. C. qñ prouo. non est necesse. q̃d si seruaretur multi
processus ãnullarẽtur de quo vide supra parte prima ti. de cõ-
cus. Notandum tñ ꝙ qñ nullitas prouenit circa sñie prolatio-
nem vt in duobus pximme p̄ceden. casibus tũc anullatur ter-
minus sñie ⁊c. acta firma manent per lec. ⁊ no. in. c. pysanis d̃
resti. spoli. ⁊. ff. de iudi. l. i. ⁊. l. ⁊ post edictum. vbi aũt anullat
processus tunc ex integro. de nouo agendum est hoc est libel-
lus dari litis contestatio fieri per lec. et nota. in. c. dudum lo. ij
de elec. Et si reus petat absolui ab instantia anullata debz ab
solui. ff. de accu. l. libellorum. §. fi. Apud nos tamen pro vali-
datione actorum nobis prouidemus per remediuz. l. vine. scz
per impetrationem a principe qui processus pacientes defec-
tus dum tamen nõ deficiant in formalibus et subalibus faci
liter humilitat vt partiũ percatur laboribus pariter et expens.
quod legi cõuenit summi ⁊ eterni dei cui sit laus honor et glo
ria per infinita secula Amen.

Finis est laus deo





20

